



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

131. Catechistae mors & vita sanct.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

suo fungi. At enim illum quocumque pergeter anteverebat calumnia stolida , & nusquam admisus Chiancum retruditur , vbi ad eius praesentiam includunt accusationes ; exilium ipsi à Præfetto bonis verbis indicitur ; vt quid enim illic manere obstinaret , ybincæ æquis sustineretur auribus , sed neque oculis ; sibi quidem non esse sat integrum vitam illi securam præstare , sed nec mortis illius edendam rationem in se suscipere. Nautis igitur commendatum , mense Julio remisit Macau anno 1637. Loco eius substitutus Manoël Catechista in subsidium illius Christianitatis. Vir erat duorum & triginta annorum , & eiusmodi virtutis , qua iure posset in religioso etiam perfecto suspici , & infinitissimum faceret corpori suo hostem : annos septem Fœci in patria , Catechistam pro nostris egerat , seque eam ob causam , & qui erat illius ambitus , vt admitteretur in Societatem , paternis abdicarat bonis , è peculiaria distribuerat in egenos. Dexteritatem eius , & ardorem in pelliciendis ad Deum ethnici vel hoc solum demonstrat , quod mense quem vixit Patri discessui superstes , septuaginta septem fonte sacro lustravit. Vocatus tridui spatio ab urbe , ad erudiendos de fide ethnicos , aperuit comiti se vitam cum reditu clausurum. Redevnti occurserunt ex proposito Bonzij ( quorum propinquum viæ cenobium ) pertinaciter ex eo de cœli Domino , & quem cuperent amplecti , cultu eius audire ; sub noctem , reditum urgenti , amicam vim adhibent ut sibi aliquid ante discessum sumat , quoddque præter suum morem id esset , admodum inuitum cogunt esculentii cui venænum miscuerant , paucilum edere. Incessu incaluit prima venæni vis , & cum in urbem pervenisset , comiti denuo confirmavit , se quinto post die obitum quod vti prædixerat Augusti vicesimo evenit , cum unas Fœcum ad parentem ; Macau alteras ad P. de Matos dedisset literas ; iam de reditu Matos in insulam , conversionibus infidelium ab eo factis , calamirosa morte , & successoribus in ministerio non sunt huius temporis argumenta. Reddo solum hic pauca quorum sum debitor , ex rebus Sinenibus ultimi huius bidui selecta.

Lepidum est quod Fabro contigit pagos Scensianæ Provinciæ per-

granti , occurrens anus procedenterem sisit , & Deo inquit ô Pater ! vi-

sum est , desiderium consolari , quo videndi tui maximo tenebar , impe-

trandumque ex te pro magna gratia facultatem moriendi. Lucis huius &

fatur , & post tantum annorum fessa sum ; suggeri mihi nescio quid

interius sentio quod monet adesse professionis tempus. Subridens

Faber ex ea quæsivit , cuius ætatis esset : illa , centum , ait , & quin-

decim annorum ( quod non adeò mirum inter Sinas ) par tamen tunc

etiam leuibus ruris laboribus ; faciliter præfigitione diuinans Faber quod

futurum instabat , audit eam ibidem de peccatis ritè confitentem , &

opportuna tunc animi comparatione ad mortem præmunit , illa sua-

vissime affecta post faustam eius adprecationem , casulam cepit , &

postridie moritur , non alio quam ætatis decrepitæ insanabili morbo.

S S f

<sup>133.</sup>  
Catechistæ  
mors & vita  
sanct.

<sup>134.</sup>  
Diuinæ pæ-  
dest. sing.  
exempla.